



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Brvxellensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

ANTVERPIENSIA.

471

Vitam habuit, quale alius votum,
Vt nunc quoque æterna ei quies sit
Votis faue Lector.

Obijt iv. Kal. Iul. Anno 8. 13. XCIIIX.
Vixit ann. LXXI. Menf. II. D. II XX.
Colij ex sorore Nepotes B. M. POSS.

AD FRANCISCANOS.

IN FENESTRA VITREA.

Honori D. FRANCISCI,

Amori ordinis,

Pietati item loci huius,

L. LIPSIUS fragili monum,

sed fido affectu P. C.

A. 8. 13 CVI.

IN AREA ARCIS ANTVERPIENSIS,
SVB DVCIS ALBANI STATVA.

FERDINANDO ALVAREZ à TOLEDO, Al-
bræ Duci, Philippi II. Hisp. apud Belgas præfect.
quod extincta seditione, rebellibus pulsus, religio-
ne procurata, iustitia culta, prouinciæ pacem fir-
marit, regis optimi minist. fideliss. positum.



BRVXELLENSIA.

IN BRVXELLAM MAXAEMILIANVS
VRINTIVS S. P. Q. Gand. à secret.

Non potui BRVXELLA caput regni esse Bra-
Sed potui Belgæ Principis esse domus. (bãri,
Regia Concilio, cultu aurea, prodiga sumptu,
Fentibus vda sinulata, beata solo.

Gg 4

Colli-

Collibus assurgens & amœno florida luco,
 Aulæ splendor, scenæ potentis heræ.
 Grata Deis pietate, polo contermina tectis,
 Aula ubi regalis qualibet vna domus,
 Quæq; puella Venus, Mars ciuis, Iuppiter ipse
 † Dux meus, & † Iuno Regia † Albertus &
 nupta Ducis. † Isabella.

IN D. GVDVLAE,

Iconoclastæ delerunt.

Quisquis ades, summi tangit quem cura Tonantis,
 Dum properas, cœptum siste viator, iter.
 Hac tibi viua caro, æterni sapientia patris
 Christus adest, viuus panis & vna salus.
 † Inuida, Iudæum quam dum laniare laborat
 Impietas, meritis ignibus ecce ruit.
 Quare age diuinos huic funde, viator, honores,
 Funde Deo dignas supplice mente preces.
 † Tempore VVenceslai Brab. Ducis.

IN SUMMO CHORO,

Inscriptio subterranea supra cistam plumbeam egregie
 ornatam.

ERNESTVS D. G. Archidux Austriae, Dux Bur-
 gund. Stirie, Carintia, Carniola, VVirtembergie,
 Comes Habsburgi & Tirolis, Maximiliani I. Im-
 per. F. Belgicarum prouinciarum Gubernator, mo-
 ritur Bruxellis anno M. D. XCV. Die XX. Febru.
 ætatis suæ anno XLI. M. VIII. D. V.

TVMVLVS VVILHELMI ASSONLE
 uillij C. V. Christophori, in sacro Consistorio
 Senatoris apud Belgas Fil.

Inscr.

Inscriptio honoraria Ludouici Dorleans.

Ergo iaces VVILLELME fili, & te mors obruit
inclementius? Non obluctor. Sint fatis sua impe-
ria, nostra erunt obsequia. Moreris, nam mortalis
eras; & moreris probus, hoc nobis solatium. Si te
iuuenem rapit, est fati cæcitas; si intra triduum, ra-
pacitas; si nouellum patrem, inhumanitas; si anni-
culum maritū, crudelitas; Vixi tibi satis, nimium
seculo, ah / impuro & turbido, mihi parum, filiolæ
tuæ paxillum, vxori tatiillum, quæ liquefcit in la-
crimas. Cape pro inferijs meos canos, imò meos
tantos & hunc tumulum. Tu præisti, sequimur nos
& volentes. Sic lex iubet. Sed dum moramur, SAL-
VE æternum fili, & æternum VALE.

Vixit anno à Christo nato
CIC. IO. XCVII. V. Eid. Iun.
ætatis verò suæ
XXXII. Mens. IIX. die XII.

AD FRANCISCANOS.

D. O. M.

LVDOVICO BROOMANNO
Iacobi & Cornelie Verheylevveghen F.
à natiuitate cæco,
Artium liberalium Doctori,
Iurisprud. Candidato, Musicesq; Principi:
GEERTRVDIS KEYSERS,
Iodoci ex Maria Cleerhagen F.
marito B.M. sibi que pos.
Vixit annos LXIX.
Obijt VIII. Ianu. M. D. XCVII.

Gg s INSCRI

INSCRIPTIO COLUMNÆ
POSTEA DEMOLITÆ.

Regnante PHILIPPO II. Cathol. Hisp. Rege, in his suis inferioris Germaniæ regionibus, gubernante verò eius nomine FERDINANDO ALVAREZ de TOLEDO, Aluæ duce &c. Florentij Pallant, Comitibus Culenburgi, quondam domus solo æquari sancitum est, ob execrãdam memoriam repetitã in ea coniurationis aduersus religionem Ecclesiæ Cath. Romanæ, Regiam Maiestatem & ipsas regiones, anno salutis 1513. 13. LXVIII. Quinct. Kal. Iunij.

IN ABDIBVS PATERNIS R. D. AVBER-
TI MIRAEI CANONICI ET SCHOLA-
stici Antuerpiens.

Ad effigiem D. GASPARI SCVRERII.

D. O. M.

Quis sim, si nescis, Lector, breuiter dicam.
GASPAR SCVRERIUS est nomen mihi.

Patria sum Mechliniensis,

Professione Religiosus Grimbergenfis:

Nec mireris me, qui candido Præmonstratensium

Ordinij nomen dederim,

nigro Laicoque habitu palliatum;

ea temporum calamitas ac necessitas fuit,

anno Christi 1531. LXXXI.

Caluinianis res sacras & ciuiles in Belgio
turbantibus.

vñ si saluus apud Catholicos vrbis huius

Bruxellensis ciues esse vellem,

hoc isto vulgari habitu,

Clero insidiantes fallerem.

Sed nec fructu suo piam hanc caruisse fallaciam,
vel ipsa Deo Regique fida

LE MIRAEORVM familia testis est,

quam annos ipsos amplius tres,

in ista nocte temporum,

facris mysterijs foui,

& diuini verbi pabulo alui.

Tu quisquis hæc leges,

disces in tumultu Panico

vtilem, atque imprimis necessariam

esse prudentiam.

SCVRERIVS silens sapit.

IN AEDIBVS CVIVSDAM
PRIVATI.

Curia dat curas, ergo si viuere curas

Et bene securè, non curia sit tibi cura.

IBIDEM.

AVLAE eadem est omnino fides qua mobilis aura

Blanditur, sed post mordet ceu Scorpius AVLA.

Consilij raro melioribus vitur AVLA.

Disimulet, regnare diu qui possit in AVLA.

Exulat integritas, probitas & candor ab AVLA.

Ferre mora, atq; irã frenare, docemur in AVLA.

Grande sophos, ridere bonos censeatur in AVLA.

Horrent vera loqui cupiunt qui crescere in AVLA.

Inuidiam qui ferre nequit, discedat ab AVLA.

Kyrie qui senuere canant eleison in AVLA.

Languent virtutes, scelus omne at regnat in AVLA.

Muneribus mentes hominum capiuntur in AVLA.

Nugas AVLA leues, & fumos vendit inanes.


Ocia

Ocia quisquis honesta cupit, discedat ab AVLA.
 Porta Erebi in terris AVLA, & tua Tātale pena est.
 Questus adulari & mentiri est primus in AVLA.
 Rara avis in toto est vere pius AVLICVS orbe.
 Sinceris & simplicibus ve semper in AVLA.
 Turpe senex & inops quando incolit Aulicus
 AVLAM.

Vita difficilis methodus bene dicitur AVLA.
 Xanthe retro ibis, erit quando constantia in AVLA.
 Ydra AVLA est caput multorum horrenda venena.
 Zenones fatui sunt atq; Thrasones in AVLA.

ergo

Exeat AVLA, qui vult esse pius.



LOVANIENSIA.

IN LOVANIVM MAXAEMILIANVS
 VRINTIVS S.P. Q. Gand. à secretis.

IUPPITER hoc vrbis spatium, fundamina
 PALLAS, (vau.)

MARS Burgum, mediū struxit APOLLO for-
 Arua CERES circum, DRYAS herbida prata,
 LYAEVS

Vitiferos colles, DILIA fudit aquas.

Aëra SOL purum, varias CYLLENIVS artes,

Ingenij cultum turba nouena dedit. (CEPS,

Templa Deo PIETAS, Gymnasia publica PRIN-

Splendida doctrina premia fecit HONOS.

Eloquium PITHO, Sophiam Dea GLAVCA,

THEMISTIS (opem.)

Iura, docet medicam, PHOEBIGENA auctor
 Omni-